



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XI. Chronik des Klosters Hillersleben.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55046](#)

... etiam sibi ceteris, ut alioquin in ecclesiis non possit inveni. Tunc vero in eis quodammodo dicitur, quod in aliis non possumus. Tunc vero in aliis non possumus.

XI.**Chronik des Klosters Hillesleben.**

Anno incarnationis domini M°., Regnante ottone tercio, Mistuiz dux Obviorum, scilicet flauorum, combusit monasterium sancti Laurencij martyris in Hildesleue, eductis inde sanctimonialibus, Et illo Die multi de saxonibus sunt interfici. Quo tempore prefuit Magdeburgensi ecclesie Giselerus, secundus episcopus, Arnulfus in Halberstad et sanctus Herwardus in Hildensheym etc.

Anno incarnationis domini M°. XXII°., Imperii vero domini Hinrici Bauenbergensis IX°., Presidente sancte Romane ecclesie Benedicto, huius nominis octavo, Inchoatum est fundamentum ecclesie sancti Laurencii in Hildesleue et ad perfectum usque perductum a religiosis cristifidelibus, Gerone videlicet archiepiscopo quinto Magdeburgensi et Ennihilde, ipsius sorore, de Domersleue; et addidit in ea Collegium monachorum regulam sancti benedicti observancium: Quam Arnulfus, Halberstadenis episcopus, in honorem Domini beatique Laurencij martyris honorifice dedicauit VIII°. kal. Novembris, Quo tempore floruit beatus Godehardus, Hildensemensis episcopus. Quomodo predicti monachi in posterum electi sunt, incognitum est, sed notum satis est, hic subintraffe Canonicos.

Anno M°. XC°. VI°., Presidente sancte Romane ecclesie Urbano, Imperatore regnante Hinrico IIII°. de Hartzborch, Hartwigo Magdeburgensi archiepiscopo, qui successit Wernerо episcopo, sub quo occisa est domina Godelindis de schakensleue, Herrandus, XIII^{us} Halberstadenis episcopus, petizione Alteheidis, neptis sue, filiorumque eius Wedekindi, Bodonis, Bernhardi, Ghuntzelonis, clericis hic eliminatis, monachos, quos in Ilsedeburgensi cenobio religiosores reperit, collocauit, Prioremque de eodem claustro, Aluericum nomine, eis preposuit. Concessit eciam idem episcopus predicto abbati suisque successoribus per villam adiacentem decimam et curam animarum. Post XIII^{um} annos Reynhardus episcopus consecrauit eundem dominum in abbatem. Defuncto autem eidem abbatе successit eius memorie dominus Irminhardus, venerabilis abbas, qui octoginta manus et plu-

rimos libros et multum ornatam in inparamentis et campanis et variis edificiis compa-
rauit. Insuper edificauit nouum monasterium post destructionem Castrum, quod situm fuit
hic in curia. Dedicari namque fecerat prius tria altaria in veteri monasterio ab Ot-
tone, Halberstadenfi episcopo. Mortuo vero ipso abbate Quidam de fratribus,
Thetmarus nomine, a pluribus est electus, quem Theodericus, comes de Wich-
mannstorpe, remouit et alium, Arnoldum nomine, contra voluntatem fratrum, in-
stituit, qui post tres annos penitus electus est de loco. Post quem subintravit dominus
Bertoldus de Ilsedeborch, sub quo submersa est ciuitas Haldesleue (sic) et
exustum est nouum opus, quod abbas Irminardus decenter inchoauerat. Quo de-
functo electus est dominus Sigebode, confrater ecclesie. Sub quo Berengherus,
comes de lare, abstulit privilegium ecclesie violenter, et captiuauit episcopum
Theodericum de Halberstad in kaminata hospitum. Et eodem domino sine con-
fecracione defuncto electus est dominus Wolradus, prior de monte, Cuius tempore
episcopus predictus exigit emendam contumelie, a Berenghero comite sibi illate;
sed primo restitutum est privilegium ecclesie. Et idem comes renuncciauit omni iuri, quod
habuit in hoc claustro. Postea, petente Gardolfo episcopo, Abbas cum conuentu
elegit Ottone, filium Berengheri, in advocatum, secundum tenorem privilegii sui.
Tempore huius abbatis venditum est allodium flaucis comiti Hinrico de Gharde-
lege pro quadam summa argenti et pro IIII^{or} mansis in hogewersleuen et tribus
in wismenchere. Post mortem vero predicti abbatis electus est dominus Cesarius,
sub quo mortuus est aduocatus otto, comes de griben, cuius viduam duxit Ghe-
uehardus de Arnesteyn, cum qua impeciit aduocaciam, inferens plurima dampna
ecclesie. Tandem idem Gheuehardus per censuram ecclesiasticam a dicta semotus
est aduocacia. Et post hoc vendidit Comiciam et omnes proprietates ottonis cis oram
Marchioni Adelberto hujus nominis II^o. Cum quo idem abbas fecit concambium
cum Alladio eluebūie, quod dedit ei pro XII mansis in feodo positis in hac villa.
Quatuor preterea de ipsis redemit a Lüdero et filio suo Hinrico de Vendorp,
conferens ei tres mansos in Wismenchere, mansum et dimidium in Snardesleue
et vnum in Honwersleue in feodo. Eisdem temporibus Wolbertus in Owes-
velde impetravit ab Ottone cesare advocationem ecclesie, et eam per tyrannidem in-
vasit. Qui tandem de promotione abbatis per censuram ecclesiasticam et iussionem ce-
faris ab ea cessauit. Ipso tempore rexit ecclesiam Halberstadensem Fredericus
episcopus, quem predictus abbas cum conuentu elegit in perpetuum aduocatum sub
hac forma: Ut abbas de manu episcopi teneat aduocaciam nullo mediante. Dato super
hoc privilegio et testibus super notatis, etiam banno confirmante. Postea Comes Oli-
ricus duxit filiam ottonis de griben, et cum ea impeciit aduocaciam, et intulit
multa mala ecclesie, adeo, ut omnes fratres recederent de loco. In eadem gwerra
episcopus et abbas migrauerunt a seculo. In episcopatu successit Ludolfus de fladun.
In abbaciatu successit dominus Ludolfus de Huisborch, quem tenuit X mensibus.
Postea a fratribus Huisborghensis ecclesie electus est in abbatem. Ludolfus vero

episcopus contra formam privilegij, in quo scriptum est ex nomine, porrexit aduocaciam Olrico comiti in feodo (ita) ut in allodiis, que abbas coli fecit, iudicio presidere non debeat, Et cum presidet alibi iudicio, Abbas assideat, Et quidquid lucratus fuerit due partes cedant abbati Et vna sibi. Domino Iudolfo successit Tydericus, prior huius ecclesie, qui III^{or} mensibus rexit ecclesiam. Cui successit dominus borchardus Cantor, qui duobus annis et dimidio prefait. Cui successit dominus gheuehardus, custos huisborgensis, qui XX annis prefuit. Cui successit dominus Hinricus, prior et custos huius ecclesie, Qui monasterium, quod antiquitus constructum fuerat, fecit confringi, et novas monasterii structuras erexit. Cui successit dominus Bernardus, celebrarius prius in Ammensleue. Post hunc electus est dominus Hinricus prior, qui tenuit abbaciam tribus mensibus. Huic successit dominus Johannes, prius hospitalarius. Hic consumavit occidentalem partem ecclesie in tecto.

Milo, comes de Hammensleue, duxit Lütburgam, filiam Altefindis, et ex ea genuit Ottонem, comitem de Hildensleue. Otto genuit Bertham, que nupsit primo Tiderico de Wychmanstorp et postea Berengero, comiti de Lare, et per eum genuit Ottонem de Griben. Otto genuit Lückardam, que nupsit comiti Olrico de Regenstejn.

anno MCCCCXIIII regnante domino Henrico IV imperatore electio millesima secunda in ecclesia cathedrali deo dicata et consagrata anno MCCCCXIIII

anno MCCCCXIIII regnante domino Henrico IV imperatore electio millesima secunda in ecclesia cathedrali deo dicata et consagrata anno MCCCCXIIII

anno MCCCCXIIII regnante domino Henrico IV imperatore electio millesima secunda in ecclesia cathedrali deo dicata et consagrata anno MCCCCXIIII

anno MCCCCXIIII regnante domino Henrico IV imperatore electio millesima secunda in ecclesia cathedrali deo dicata et consagrata anno MCCCCXIIII

anno MCCCCXIIII regnante domino Henrico IV imperatore electio millesima secunda in ecclesia cathedrali deo dicata et consagrata anno MCCCCXIIII